

Carmin
Sunt
Sunt
Sunt

N. Lat.
552

Baldarsare]

[Auctor Balth. Alrochi]

Δ rii

li. Minibud 289(3)

]

thi.]

3)

HUN

AL

apud

QUATUOR
HUMANAE VITAE
AETATES.

CARMEN.

Ebert.

TURICI,

apud CONR. ORELL. & SOCIOS.
M. D. C. C. LIIII.

UNIVERSITY OF CHICAGO

N. Lat. 552.

730

UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
BIBLIOPHILE
DISSELDORF

61. 1742

1402 750 01

EDITOR LECTORI

S.

QUaeris, cui haec Carmina,
quae Latini Sermonis proprietas
splendorque ac vis explicandi mi-
rifice commendat, et quae argu-
mento gravissimo, prosa oratio-

ne Teutonica, quam felicissime
pertractato novam lucem gratiam-
que conciliant, sint accepta feren-
da? Ostendo Tibi Nomen celeberrimum
Viri Summe Reverendi at-
que Litteratissimi BALTH. OL-
TROCHII, *S. Th. D. & Bibliothecae
Mediolanens. Ambrosianae Praefecti*, qui
oblectandi otii sui gratia (nam et
remissiones suas Musarum com-
modis servire vult) et ut Amico
hoc officium flagitanti gratifica-
retur, poëticam hanc interpreta-
tionem, Musis faventibus, variato
carminis genere concinnavit. Quod
si vero in his publicandis amici-
tiae

tae arcana prodere , aut" cujus-
quam offensam incurrere videar,
iisdem me tuebor rationibus, qui-
bus *AUSONIUS* quondam similem
plane culpam apud Amicum excu-
savit: *Libelli tui*, inquit, *arguis me*
proditorem. Facilius est ardentis fa-
villas ore comprimere, quam luculenti
Carminis servare secretum: Quod quum
semel a te profectum est, jus omne po-
suisti. Tu vero, amice Lector,
hanc culpam, quae Te egregio
hoc munere beat, non excusabis
modo, sed ei, puto, etiam fave-
bis, et juxta mecum nihil prius
in votis habebis, quam ut alter
ille Teutonico Sermone plura pro-
ducatur,

ducat, quæ imitari omnes concu-
piscant, pauci possint: Alter vero
in iis Latino Carmine explicandis
ita stilo indulgeat, ut saepius pro-
di possit, publicando ea, quae aliis
exemplo sint futura.

Vale.

TURICI HELVETIORUM prid. Kal. Novembr.

M. D. C. C. LIIII.

PUER.



P U E R .

EN sese ingenua candidus indole
Offert, æthereo par PUER Angelo
Aspectuque hilari, quem Veneris Bonae
Fictum pollice crederes.

Frons lucet geminis dulce micantibus
Exporrecta oculis, qui bene temperant
Ignem virgineum, ridet et in genis
Conjunctis rosa liliis.

8 QUATUOR HUMANAÆ

Furtim turgidula sub cute labitur
Mixtus lacte cruor, venaque prominet,
Atque os ore beat trina corallinis,
In labris Charis insidens.

Quam longe ex oculis emicat integra
Mens, & sydereo purior aethere!
Mores, ingenium confociat simul
Pulcro foedere castitas.

Cernis quam dociles praebeat obsequens
Aures, ora, manus, corque Parentibus?
Sic agnus teneræ matris ad ubera
Festivo properat gradu.

Inplumis reducis pullus hirundinis
Rostro sic inhiat, cui cibus infidet,
Jejunisque fatur sic genitoribus
Blanditur vice mutua.

Primo mane Deo dedicat osculum
Coelestesque sibi delicias novat,
Dum balbutit humi vespere cernuus
Prono, candidulas preces.

Strato

Strato compositus leniter accubat :
 Non illum media nocte minacia
 Terrent spectra , truces nec pueriliter
 Exfomnis furias timet[ur] :

Spargit praesens amor grata papavera
 Et circum Genii mollius affident :
 Non faevus pluvio turbine Jupiter
 Tam charum caput excitat.

Post somnum vigilans a fene postulat
 Leges , et patulis excipit auribus ;
 Ut rorem sitiens irriguum bibit
 Telluris sinus aridae.

Si vultus patrios respicit , oraque
 Materna , exsiliens laetitia , manus
 Amplexusque petens reddit , et accipit
 Alterna vice Suavia.

Nec semper gremio matris amabili
 Haeret , sed studio fervidus exteras
 Linguae quaerit opes , & tenuem colit
 Docto in pulvere Palladem.

Ergo farcinulas colligit impiger,
 Ludumque ingrediens, ducere parvulum
 Molitur calamus, et pingere litteras
 Informes tremula manu.

Mox blaesus recitat trunca vocabula,
 Conaturque iterum et saepius asperos
 Emollire sonos, ut cadat integra
 Puris syllaba vocibus.

Dulces litterulæ, candidaque otia!
 Queis miscere fales innocuos licet,
 Festivosque jocos, et puerilibus
 Tempus fallere fabulis.

Sic jucunda fluit vita fugacibus
 Horis, ut placido gurgite rivulus.
 Sic gratus superis ingenuae bono
 Aetatis fruitur PUER.



ADOLESCENS.

NUNC NOVUM SAPPHO meliore plectro
Carmen impulsis fidibus remitte:
Lætius poscit, recinas decoros
Induens vultus Puer ad juventam.
Cernis ut virtus generosa crescat
Inque florenti micet ore vivax!
Ire per calles timidis negatos
Et sequi CHRISTI, pede, signa, presso
Ardet, et sanctis cupiens doceri
Nocte

Nocte libris invigilat, diuque.
 Magna dum spectant animum moventem,
 Spes Parentes concipiunt beatas,
 Seque felices reputant, & urbi
 Facta narrant, laetitiae impotentes.
 Vix diem Eois referens ab undis
 Phoebus illuxit, superis amicus,
 Supplici hic Numen veneratur ore:
 Utque nocturnos nitet inter ignes
 Luna, primævum fugiente sole
 Advocat pectus, geminatque vota.
 Hinc bene audaci ingenio latentes
 Nititur causas, variosque motus
 Noscere, intentus superis et imis.
 Callidus Graecae, Latiaeque Linguae,
 Falsa secernens, utriusque gentis
 Pectori addit divitias tenaci.
 Non huic docti pereunt labores,
 Vana non quaerit monumenta rerum,
 Tempori non bella movet vetusto
 Affidens caecis studiosus urnis;
 Alta sed tentans celeri volatu
 Sydera ascendit generosus ales:

Juris

More odoras fundit opes, viretque;
 Ceu solet flos irriguis in hortis.
 Non huic vestis lutulenta fordet
 Fronte nec surgens minitatur alta
 Pileus, sed cuncta decent modestum.
 Ast remotas jam meditatur urbes
 Visere, et notas procul ire sedes:
 En Parens circum, Soror, et madentes
 Lacrymis Fratres, et amica turba.
 Pars iter, callesque refert timendos;
 Pars viae Divos comites precatur:
 Huic tamen virtus dabit esse tutum:
 Certius virtus face noctiluca,
 Certius nube hunc regit et diurna.
 Hac per ignotos populos vagatur,
 Spernit et linguae illecebras dolosae,
 Et sibi constans aliena spectat,
 Nec peregrinis patitur paternos
 Infici mores, nisi quod probetur
 Formet et vitam. Varium per orbem
 Nulla vis morbi sibi temperantem
 Laedit, aut cursu in medio moratur;

Ulla

Ulla nec cautum retinet voluptas,
Hinc timens fraudes loculis paratas,
Tesseras, pictaeque pericla chartae
Odit, infani studium nepotis.
Interest scenae, variosque casus
Lance perpendens sibi sumit aequa
Moribus normam. Gladium peritus
Et pedes certo numero movere
Aptus, et scriptos equitare in orbes:
Non ut irato noceat sodali,
Nec modis infaniam ut pudendis,
Nec paventes ut lepores sequatur;
Sed potest cunctis innocenter uti.
Ille fulgentes, tyriasque vestes
Nec amat gemmis chlamydem retextam;
Sola libertas capit, et decorae
Sola virtutis species remota.
Ille mendacis sapientiam aulae
Oraque, et vultus inimica cordi,
Atque turbam servitiis paratam
Turpibus damnat: meritos honores
Publicae

Publicae donat cupidis salutis,
 Quemque discordes fociare gentes
 Et videt duras remove clades,
 Inferit stellis, jubet et colendo
 Jure Divum concilio affidere.
 Sed redux tandem patrios Ephebus
 Littore externo repetit penates,
 Nobiles pectus bene doctus artes.
 Utve apis fuccos redolet suaves
 Quos volans hausit per amoena rura,
 Hinc et illinc mellifluis labellis.
 Nunc juvat crebros numerare plausus
 Et triumphantum strepitus parentum:
 En Pater lenta gravis ex senecta
 Mater, et castae veniunt Sorores,
 Gaudio circum saliant madentes,
 Implicant totum cupidis lacertis,
 Dum breves lethi fugiunt dies, et
 Fabulis horae veniunt amicae.
 Hic frequenti mox sedet in corona
 Gaudium et grata renovans loquela

Orbibus

Orbibus curfus varii retextis
Fata cunctarum retegit viarum.
Quisquis attendit bibit aure voces,
Cordaque expleri nequeunt tuendo.
Huc simul vicina venit puella
Moribus fulgens, et honora vultu,
Et suo sensim juvenem decore
Allicit, castos oculis amores
Cordi et inspirans tacite favillas;
Donec ardentes animos sacerdos,
Gente tota connubium probante,
Jungit, et nodo copulat perenni.
In VIRUM plenis ita mutat annis

Firmior aetas.

B

VIR



VIR.

Vere beatum crediderim virum,
Cujus juventae stamina tortili
Fuso revolvens ipsa duxit
Integritas et amica virtus.

Cui non fluentem molliter auream
Lasciva Chloris complicuit comam;
Vinoque cui non palpitantes
Acrius inçaluere venae.

Ut

Ut laeta quondam praeteriit dies
 Aetatis aureae; non aliter fluit
 Vitae omne tempus conjugalis;
 Estque rosis violisque semper

Lectus jugalis confitus. Indolis
 Proles avitae surgit, et ubera
 Faecunda matris lac abunde
 Suppeditant: Pueri hinc et inde

Mensae tenelli cingere amant latus,
 Ut parvae olivae fronde nova virent:
 Colloque matris blandientes,
 Vite velut solet uva, pendent.

Quam diligentem, quam sociam afferunt
 Uterque curam, qua instituunt fatos:
 Laetique proventus ut augent
 Atque animos recreant Parentum!

Frugalitas rem rite domesticam
 Servat: labores fercula condiunt
 Molli sapore: at liberalis
 Aequa tamen pater aera large

Solvit magistris, qui ad decus excitent
 Parvosque natos laudibus imbuant,
 Semperque abundat, quo puellâ
 Egregias doceantur artes.

At cum minaci murmure concrepat
 Tuba, et tremendi ad iudicis evocat
 Examen humanas catervas,
 Perque cadavera Sospitator

Perque ossa, et atrum cinerem ambulat,
 Læti Parentes e tumulo exciti
 Surgunt, fidelisque ampla curae
 Praemia pro pueris reportant.

Est haec quieti vita viri, domi
 Secum manentis: non minus inclyti
 Civis per urbem perstreptentem
 Officium sapienter implet.

Quos imperantes proposuit Deus
 Quam diligenter! quam ex animo colit!
 Dictoque sacramento fidelem
 Regi operam, obsequiumque spondet.

Si

Si Civitatis fit status integer
 Exuberanti laetitia exsilit:
 Omnem ille livorem repellit
 Ex animo, invidiamque frangit.

Virtute fultus jura regit Togae
 Et spernit alte dona nocentium,
 Justumque non discernit auro;
 Sed viduae, puerique causam

Expendit aequa lance: Superbiam
 Frangit potentum: nemini opem negat:
 Quamvis fatigatas clientum
 Litibus, assiduoque questu

Non ille durus pauperis a prece
 Avertit aures. Undique confluunt
 Mensisque vix primum remotis
 Inveniunt vigilem clientes.

Primoque semper mane fores patent,
 Cunctisque apertum late aditum parant,
 Nullumque spernit, nocte quamvis
 Auxilium media petentem.

Aeque benignus semper, et abstinens
 Ducentis ad se cuncta pecuniae,
 Non ille solers, ut paternas
 Divitias cumulet clientum

Donis: repellit scilicet a domo
 Arcetque longe pauperiem Deus.
 Quin ipse se accingit, suaque
 Intrepidum, solidaque fortem

Virtute sese, veste ut ahenea
 Communit, armans iustitia caput;
 Et gesta, virtutesque patrum
 Prospiciens animo sequendae

Exempla vitae funit, et inclita
 Consulta, legesque, et sapientium
 Decreta prudenti revolvit
 Mente: forum et mediam per urbem

Incedit: una pulcraque Comitas,
 Claudique dextrum Affabilitas latus,
 Vultuque Majestas verendo
 Et lateri Gravitas adhaeret.

Pertranseuntem si juvenes vident
Flexo salutant hunc capite eminus;
Illique ferum aetate grandes
Ad superos reditum precantur.

Fruges hic urbi scilicet uberes
Praestat: vaganti et frena licentiae
Imponit, expellitque luxum,
Qui patriam populatur urbem.

Sacros ministros quis coluit magis?
Large merenti praemia dividit,
Doctaeque librorum eruditum
Comparat auxilium juventae.

Hic jura plebis servat, hic excitat
Cives, laborem fortiter ut ferant,
Donisque ludos militares
Erigit, et juvenum palaestras

Laudat: Potentem saepe humilis Deum
Flexo precatur suppliciter genu,
Ut fervet urbem, sospitique
Proroget imperio salutem.

At quid? Senatus bellica si jubet
 Vexilla ferri, et dura necessitas
 Cogit, vel ut defendat aras,
 Finibus aut patriae irruentes

Expellat hostes; ille animum ferox
 Accingit alto robore, et impotens
 Furore pectus firmat: Hostes
 Impavidum in medios volantem

Non tela terrent. Morte ferocior
 Deliberata, effundere sanguinem
 Nunc gestit, atque exultat inter
 Telaque, corporaque, et cruentus

DEI faventis praesidio ferox
 Ferrata late disjicit agmina,
 Sternitque, qualis falce menssor
 Si meteret segetes; ovantum

Interque plausium, et gaudia militum
 Heros cruentas exuvias gerens
 Ex clade, victricique cinctus
 Fronde caput, per utrinque densas

Tran-

Transit catervas, vique viam sibi
 Late morantem per populum facit,
 Sponsaeque in amplexus amantis
 Ad pueros, focios, Parentes

Aetate grandes impatiens ruit.
 Lacti Parentes oscula figere:
 Nato precari fausta: mortem
 Nunc hilares cuperent obire.

Felix senectus! Dignaque nobili
 Virtute merces! perfruitur diu
 Urbs pace parta: Diligenter
 Prospiciens patriae virilis

Aetatis actum tranfigit optimus
 Civis. Decorum canities caput
 Sensim ornat: instat jam verenda
 Digna viro egregio SENECTUS.



SENE X.

Qualis decorum purior Phoebus caput
Condit sub undas occidens,
Gratumque cunctis exhibet spectaculum
Fulgens supremo lumine:
Talis beatum gestiens sub exitum
Actaeque vitae vesperam

SE-

SENEX peracta sospes e via micat
Vultu sereno augustior.
Exhaustis ille viribus requiem invenit,
Defunctus et laboribus
Suo potitus unice gaudet DEO
Virtutis antiquae memor.
Fugit tumultus, et superba civium
Potentiorum limina.
Agens quietis in recessibus, procul
Forensibus negotiis,
Patriove laetus ambulans in hortulo
Protectus umbris arborum,
Vitam peractam lustrat, et fruitur sui
Vacatione temporis.
Noctuque, quando illustrium memoria
Praeclare factorum redit,
Ut ille gestit, intimoque gaudio
Praesentit in vitae libro
Conscripta gesta fortia, et suae Deum
Virtutis esse conscium.
Non hunc sopore languidum inter somnia
Nocturnus horror excutit,
Nec inquietis affidens praecordiis
Conturbat angor gaudia.

Haec

Hæc inter illum quam juvat parvos domo
 Videre reptantes fatos,
 Videre nucibus invicem colludere
 Sociamque furtim fallere,
 Nunc innocentes nocte jam fera lares
 Circum choreas ducere;
 Ut gaudet ille genibus innixos suis
 Fessisque ab ulnis pendulos
 Docere natos JEHOVÆ viam, et sacras
 Preces remoto in angulo:
 Curas, metusque, quæ senes tardos agunt.
 Haec inter obliviscitur.
 Sic otiosum molliter fallit diem,
 Palmaque utraque supplice
 Deum roganti sospitem ut patriam tegat
 Amica mors supervenit.
 Festinat almam lactus ad Jerusalem
 Curriculum emensus suum;
 Nam constituta mortis in confinio
 Est vita adinstar lampadis,
 Quæ cum labori vivida illuxit diu
 Quieta sensim extinguitur.
 Huic imminentis nuntius lethi seni
 Pacis beatæ est nuntius.

Hanc

Hanc nempe requiem noverat laboribus
 Palmamque victori dari.

Ergo invidendus pace tranquilla fenex
 Lectoque moriturus jacet:

Cingunt frequentes hinc et hinc thorum Angeli;
 Mortemque felicem stupent;
 Coelestis etiam gaudii gustum intimo
 Inesse sentit pectori.

Oh qualis ore coelicus fulgor micat
 Vultusque splendet entheus!

Heu, heu, fidelis uxor, et dulces fati,
 Lecto gementes assident,

Thorumque lacrymis irrigant manantibus
 Palmisque tundunt pectora.

Vultu ille laeto conjugem fientem aspicit.
 Manuque complexus manum

Et voce tremula, jamque morienti, vale
 Inquit: brevi, sed te brevi

Vitae beatae comitem in amplexu meo
 Habebo: Fletum comprimam,

Amata conjux: atque fidenti tuum
 Animo operire Conjugem.

Hæc

Haec vix locutus, supplices natis manus
Imponit et nepotibus.

Tandem relanguens ultimum laetus diem
Claudit quieto funere.

Jam jam superne, cernitis? sedes patent
Superumque collucent domus.

Stipante turba coelitem ingreditur polum
Deum videre gestiens.

Urbs tota tanti morte per sentit viri
Quantum decoris perdidit:

Fides ademptum vindicem; nati Patrem;
Vidua, pupillus praesidem:

Uxor fidelem conjugem; carum omnium
Luget Parentem Patria.

Cives cadaver, funebri accensa face,
Longo sequuntur ordine.

Gemunt: amoris exhibent hae lacrymae
Laudisque testimonium.

At vividum haeret mentibus decus, et diu
In posteris nomen viget.

Die
vier Stufen
des
menschlichen

Alters.

Di probos mores docili Juventae,
Di Senectuti placidae quietem,
Romulae genti date remque prolemque,
Et decus omne!

HORAT.

Der



Der
Knabe.

Eher diesen hoffnungsvollen, freundlichen Knaben, seine Bildung ist wie die Bildung eines Engels, die himmlische Liebe hat ihn selbst mit ihrer schöpferischen Hande gestaltet, seine Stirn ist so schön wie ein Frühlings-Tag, seine Augen sind so blau wie der Himmel, und auf seinen lächelnden Wangen glühen die Rosen, Frölichkeit schlägt

in seinen Athern, und Anmuth ſiget auf dem Coral ſeiner Lippen, ſein Gemüth iſt ſo rein wie der Aether, und ſeine Triebe ſo unſchuldig wie der Dauben. Er gehorchet der Stimme ſeiner Eltern, wie ein zartes Lamm ſeiner Mutter folget, und achtet mit Begierde auf ihre Winke, wie die jungen Schwalben auf die Speiße, ſo ihnen ihre Alten zubringen.

AM frühen Morgen opfert er ſeinem Erhalter Seufzer der Dankbarkeit, und zu Abend bringet ſein frommes Stammeln durch die Wolken; auch wann er im Dunkeln erwachet, ſo wird ſeine Ruhe nicht durch die ſchreckende Schatten der Nacht geſtört, daß Gott iſt bei ihm, der ihn behütet, und wolthätige Cherubs ſtreuen über ſein Antlitz Schlummer und Segen. Er verehret den Mund der ſeine Jugend lehret, und die Gebote des HErrn erquicken ſeine Seele wie der Tau die ſchmachtende Erde. Wann er ſei-
nen

nen Vater ansiehet, so überwaltet sein Herz vor Freuden, und sein zärtlicher Zuruf ist die Wonne seiner Tage, die liebevollen Blicke seiner Mutter erwärmen sein innerstes wie die Sonne die erstorbene Pflanzen, und ihre Küsse sind ihm ein Balsam des Lebens. Izt nimmt er zu an Jahren und Verstand, an Gnade und Weisheit. Er lernet fremde Sprachen mit Aufmerksamkeit, und Lust und Fleiß zeigen ihm die Bahn zu den Künsten: Rechnen und Schreiben ist sein Zeitvertreib, und er ergötzet sich an lehrreichen Fabeln. So fließen seine Stunden ohne Harm dahin, still wie ein Bach, an der Seite seiner Eltern; und izt ist dieser Knabe ein Jüngling.





Der

Jü n g l i n g .

Wer steht er, die Freude und der Trost seiner Eltern, der tugendhafte Jüngling: seine Lust ist in den Wegen Gottes zu wandeln, und Tag und Nacht sein Gesetz zu betrachten, sein Gebet steigt am Morgen wie ein Rauchopfer empor, und das Aufheben seiner Hände ist wie ein Abendopfer. Er erforschet die Wunder der Natur, er findet den Schöpfer so groß in der Raupe, als in der flammenden Sonne.

Die Griechen und Römer öffnen ihm ihre Schätze der Weisheit, sein Auge erkennt sie, dann Vernunft und Wahrheit leiten dasselbige, er zerstört nicht die Aschenkrüge schlafender Völker, und suchet keine Altertüme
me

mer in den einsamen Gräbern, sein Geist schwingt sich wie ein Adler in die Höhe, und überläßt diese finstere Wissenschaft den Maulwürfen die die Erde durchwühlen. Die Rechtsgelehrtheit zeigt sich ihm in einer angenehmen Gestalt, und die Dichtkunst der Alten bildet seinen Geschmak. Er erstaunet über dem Schicksal so vieler mächtigen Könige der Welt, und bei der nächtlichen Lampe liest er die Geschichten seines Vaterlands: er kennet die Gränzen der entferntesten Länder, und übet sich bei müßigen Stunden Felder und Thäler zu messen, oder auf den hellgrauen Grund des aufgespannten Papiers academische Figuren mit Adern und Muskeln zu zeichnen. Oft wird sein Ohr durch den harmonischen Schall der Musik entzüket, und oft gehet er mit tugendliebenden Freunden auf die grünen Auen, oder er fährt mit ihnen auf der fischreichen See. Seine Sittsamkeit riechet so wol wie die niedrige Viole, und seine frühe Vorsicht so stark

stark wie die Nelken. Seine Kleider verrathen keinen Schulgelehrten, und sein Hut keinen Stutzer. Izt macht er sich auf, ferne Reiche und Städte zu besuchen, sein Vater giebt ihm den Segen auf den Weg, und seine Mutter tausend gebrochene Seufzer vor seine Erhaltung, seine Schwestern schenken ihm Thränen auf die Reise, und seine Brüder küssen ihn und weinen. Izt ist er sich allein übergeben, aber die himmlische Tugend ist die Wolken-Säule die ihm des Tags vorgehet, und die göttliche Weisheit ist zu Nacht eine Fackel auf seinen Wegen. Er prüfet alles und behält das Beste. Er läßt sich von keinen Verheißungen verführen, dann sein heiliger Glaube bedeket sein Herz wie ein Schild. Die Mäßigkeit ist sein Arzt, und die Gesundheit ist seine theuerste Gefährtin. Er fliehet vor der Wollust wie vor dem offenen Rachen eines Löwen, und die Tische, auf welchen Carten und Würfel auf das Verderben der Fremden lauern, sind in seinen

nen Augen ein Greuel. Er besuchet die lehrreiche Schaubühne; das Tanzen und Fechten hält er für unschuldig, und nach der Kunst zu reiten für anständig, aber auf dem Bal ist seine Keuschheit so wol verwahret wie ein Sigelring an seinem Finger; und seinen Bruder, der ihn beleidigt, tödtet er nicht, weil er den Degen zu führen weiß: er gebrauchet die Pferde nicht, die Hasen durch die Saat zu verfolgen, sonder seine entlegene Freunde zu besuchen.

Die goldenen Ketten, womit der slavische Pöbel pranget, sind in seinen Augen Fesseln des Elends: nur Freyheit und Tugend rühren sein Gemüth. Er wiegt auf der Wage der scharfdenkenden Ueberlegung die Staatsklugheit der Hofleute gegen den patriotischen Gesinnungen eines E* * und B* *. wie leicht findet er nicht den falschen Biz der ersten, wie grausam die Kunst den Nacken des Volks unter das mühsame Joch

zu gewöhnen; wie edel den Endzwek der andern, ihre Brüder zu beglücken, und Einigkeit und Ruhe unter den Bürgern zu erhalten. Izt kömmt er wiederum nach Hause, wie eine Biene aus einem wolriechenden Garten, mit Schätzen der Weisheit beladen; er eilet den Umarmungen seines getreuen Vaters und seiner zärtlichen Mutter entgegen, und weinet laute Thränen der Freude an ihrem Halse; seine Brüder und Schwestern bewillkommen ihn mit Küssen der Freundschaft und Liebe, und er erzehlet ihnen bei nächtlichen Stunden von seiner Reise. Eine sittsame Tochter seines Nachbars, bei deren die süßern Tugenden mit dem Reiz der blühenden Jugend und der lächelnden Anmuth verknüpft waren, gefällt ihm so wol wie Rachel dem Jacob; sein Vater erhält das Ja-Wort für ihn, izt lieben sie einander, und sagen es sich einander, und versprechen sich ewige Treu; nun führet der Bräutigam seine geliebteste Braut vor den weihenden Priester; und izt ist unser Jüngling ein Mann.



Der

Man n.

Sie glücklich ist der Mann, dessen jugendliche Stunden die Hand der Unschuld gesponnen, mit dessen Loken keine Dirne gespielt, und dessen Puls von dem schäumenden Weine, und von den starken Getränken noch keine stürmende Stöße empfunden. Die ganze Zeit seines Ehestandes ist wie ein Tag des goldenen Alters, und sein Lager ist immer mit Rosen bestreuet: Aus seinen Lenden entspringen Kinder der Gesundheit, sie nähren sich an den Brüsten ihrer Mutter, sie stehen um den Tisch herum wie Delzweige, und hängen an dem Hals ihrer Gebährerin wie Trauben an den Reben. Ihre Auf-
erziehung ist die gemeinschaftliche Sorge ih-

rer Eltern, und ihr Wachsthum im Guten das Vergnügen ihres Herzens. Die Sparsamkeit ordnet ihre Haushaltung und die Arbeit würzet ihre Speisen; aber sie besolden mit Freuden die Lehrmeister, die ihren Kindern zeigen was nützlich und ehrbar ist, und das Geld so sie ausgeben, selbige auf die Pfade der Gottesfurcht, der Weisheit und Tugend zu führen, mangeln sie nicht. Wann die donnernde Stimme der Posaune erschallet, und die Sterblichen vor den Richterstuhl ruft, und izt der Erlöser über den Staub der Verwesenen tritt, so erheben diese Eltern sich fröhlich aus dem Grabe empor, und zeigen die Kinder die ihnen die Vorsehung geschenkt, und empfangen die Belohnung der Treu. So lebt dieser Mann als ein Vater, und auffer dem Hause als ein patriotischer Bürger. Er verehret die Obrigkeit so Gott ihm gesezet, und schwecret seine Eide mit Freuden. Die Wolfart seines Stands ist ein Labfal seiner Seele, und der

der nagende Weid hat sein Herz noch niemals offen gefunden; er verwaltet sein Amt gewissenhaft, und seine Hand hat noch niemals das Recht auf der Goldwage gewogen, er ist ein Vorsprech der Wittwen, und lindert den Jammer der Waisen; der Bedrängte findet Schutz bei ihm, und dem Rothleidenden versagt er seine Hülfe nicht: sein Ohr wird nicht müde von der Stimme der Klagenden, und die das Recht anrufen, finden ihn Nachmittag niemals schlafend; seine Thüre öfnet sich bei anbrechendem Morgen und zu Nacht weist er keinen Menschen hinweg; seine Einkünften werden durch keine Geschenke vermehret, dann der Segen des Herrn verbietet dem Mangel seiner Wohnung zu nahen. Unerchrockenheit ist sein Mantel, und Gerechtigkeit ist die Zierde seines Hauptes, die Thaten seiner Voreltern sind sein Spiegel, und die Rathschlüsse der Weisen seine ernsthafte Betrachtung. Wann er durch die Gassen gehet, so ist die Leutseligkeit

zu seiner Rechten, und die Ehrbarkeit weihet nicht von seiner Seite: wann ihn die jungen Knaben sehen so grüssen sie ihn mit Ehrfurcht, und die alten Männer wünschen ihm langes Leben. Er verbannet die verderbliche Hofart, und suchet die Nahrungs-Mittel in wolfeilen Preisen zu erhalten. Er versorget die eifrige Prediger, und beschenkt die Lernenden mit nützlichen Büchern; Er vertheidigt die Vorrechte der Handwerker, und belohnet den arbeitsamen Fleiß seiner Mitbürger; er unterstützt die Kriegsschulen, und verbessert die Wälle um die Mauern der Stadt. Er bittet auf seinen Knien den Höchsten um Ruhe und Frieden im Lande; wann aber die Obrigkeit gezwungen wird das Pannier des Kriegs aufzupflanzen, vor den Glauben zu streiten, oder ihre Bundsgenossen zu beschützen, oder ihre Gränzen vor dem Einbruch der Feinde zu bewahren, so umgürtet er sich mit Muth, und bewaffnet sich mit Standhaftigkeit; er erzittert vor keiner Gefahr, und die Pfeile des Todes schrecken ihn nicht: Er wiedmet sein Leben dem Vaterland

land und sein Blut der Freyheit zum Opfer, aber Gott schlägt die Feinde zu Boden, sie fallen wie die Aehren unter der Sichel, und die Luft ertönet von dem frolockenden Jubel der Sieger. Der Held kömmt wieder zurück mit Ruhm und Ehre bekrönet, er drängt sich durch die lobpreisenden Schaaren hindurch, von seiner Frau und Kindern begleitet, und wirft sich in die Arme seines betagten Vaters und seiner alten geliebtesten Mutter: Die glückseligen Eltern küssen die Stirne ihres Sohns, segnen ihn noch, und sterben beide vor Freuden. O herrliche, o würdige Belohnung der Frömmigkeit, der Tugend, des Alters!

Lange Reihn von Jahren genießet die Stadt die Früchte des Friedens. Der patriotische Mann lebet sein Leben fort zum Dienste der Bürger, und izt pranget sein Haupt mit weissen Haaren, dem Schmuck des ehrwürdigen Alters.

Der



Der

Greis.

Schön ist die Sonne, die sich im Herbst im Westen verlieret, schöner der Abend des Lebens eines frommen patriotischen Greisen: Er ruhet von seiner Arbeit, von den Geschäften die seine Kräfte verzehret, und belustigt sich einig in Gott: In der Stille seiner Einsamkeit überleget er seinen Wandel, und sein Gewissen spricht ihn frey; zu Nacht stellen sich seine Thaten seinen Augen vor, und er empfindet die inwendige Versicherung, daß alle

alle im Buche des Lebens aufgezeichnet stehen. Er ergötzet sich, seine Söhne Weisheit zu lehren, und den Kindern im dritten und vierten Geschlecht die Wege Gottes zu zeigen; ihre unschuldigen Freuden belustigen ihn, und das fröhliche Lallen der Unmündigen erquicket seine Seele. So fließen die Stunden des Tags unvermerkt über sein Haupt hin, und der Abendstern siehet ihn in seinem Gebet verharren, und mit Einbrunst des Herzens seinen Schöpfer für die Erhaltung des Vaterlands anflehen. Izt eilet er der Ewigkeit mit starken Schritten entgegen, seine Stunde ist ausgeloffen, und sein Leben ist einer Lampe gleich, die zum Nutzen der Menschen geleuchtet und izt sanft auslöschet. Diese Zeitung ist ihm eine Botschaft des Friedens; schon lange hat er auf diesen seligen Wechsel gewartet; sein letztes Lager ist eine Schule der Gottseligkeit, und die Engel bewundern mit einem heiligen Erstaunen das Ende dieses Sterbenden. Schon schmecket er die himmlische Wonne, schon brechen durch die Falten seines Antlitzes Züge der Verklärung hindurch. Seine
ge-

getreue, betrübte Gefährtin sizet bei seinem Bette, und zerfließt in Thränen, liebeich drückt er ihr noch zum Abschied die Hand, noch sagt er mit leiser, gebrochener Stimme: Bald, bald werde ich dich wiederum im bessern Leben umfassen, weine nicht meine Geliebte, und warte getroßt auf deinen Erlöser; dann legt er noch seine segnende Hände auf die Häupter seiner Söhne und Töchter, und ihrer Kinder und Kindskinder, und schließt die sanftgebrochenen Augen, und stirbt und schaut igt von Angesicht das Angesicht Gottes.

Die ganze Stadt empfindet diesen Verlust: Der Stand beklaget einen gewissenhaften Patriot, die Kirche einen wolthätigen Christ, und der Sohn einen sorgfältigen Vater. Seine Mitbürger folgen traurig seiner Leiche, und ihre Thränen sind seine treflichste Lobrede: Sein Name ruhet in ihrem Herzen, und die späteste Nachwelt wird sein Gedächtniß feiern.

Nigrum
 quater con
 exhibetur.
 quam Hon
 traxeram,
 que aut con
 ditis et er
 verbum sup
 breves sic
 legitur:

Dum br
 Fabulit

Inveria
 betis.
 Pag. 20. leg
 omnia p
 Pag. 28. .
 soiamq
 Pag. 30. .

Nigrum Theta praefigo pag. 15. ubi *innocenter* contra leges versus cum gemina litera *n* exhibetur. Ego potestate illa *quaelibet audendi*, quam HORATIUS tribuit Poetis, alteram detraxeram, ut metro obsecundarem. Ne itaque aut contra Leges carminis aut consuetudinis et etymologiae peccetur, praeoptarem verbum *sapienter*. Pag. 16. ubi habet *Dum breves* &c. ita in *αὐτογράφῳ* meo scriptum legitur:

*Dum breves Lethi veniant dies, et
Fabulis horae fugiunt amicae.*


Inversa sententia est festinatione transcribentis.

Pag. 20. legendum: *Dicto Sacramento fidelem*, omissa particula enclitica *que*.

Pag. 28. - - *se seque furtim fallere*, loco verbi *sociamque*.

Pag. 30. - - *supernae*, loco *superne*.







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Gray	Light Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Gray	Dark Black

TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
	R	G	B				W	G		K				C	Y	M			



[Ball. Ottrachti:]